

## Aduertencias pape

Monachorum dictorum ipsi Archiepiscopo.  
Dubitatum fuit postea à successore, an priuile-  
gium dictum extendebatur ad possessiones  
quas postea acquisierunt dicti Monachi : an  
solum deberet intelligi de possessionibus  
tunc habitis. &c. Respondit Papa, quod de om-  
nibus, quia ex quo indefinitè remissit decimas  
Episcopales dictis Monachis, nil excipiendo,  
[cū potuerit excepisse] intellexisse videtur de  
preteritis quæ tunc habebantur, & de futuris,  
quæ postea habitæ sunt. Quia in beneficijs  
plenissima debetur interpretatio adhiberi, &  
vna & eadem res non debet diuerso iure cen-  
seri. Ex his probatur q̄ dicta concessio Pauli.  
4. Fratibus Predicatoribus facta, & similiter  
hæc quæ nobis antea facta ab eodem fuerat  
debet extendi ad priuilegia futura cōcedenda  
per suos successores. Quod quidem est notā-  
dum, pro intelligendis priuilegijs. Et nescio,  
an in toto corpore iuris inueniatur textus si-  
milis isti, de quo facit magnū festū Pan. 1. p.  
suorū consiliorum, in consilio. 9. Hæc quo ad  
interpretationem : quia quo ad communicatio-  
nē oportet de futuris fiat mentio : aliàs solum  
de preteritis. Idem Panor, super hoc nu. 3. no-  
tat, q̄ intelligitur priuilegium concessum cō-  
tra iuris-